Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Cum

quibus tribuere qs. ita nos cor
poris et sanguinis tui sacra mu
stica vegetari. ut redemptionis
tue fructum in nobis iugiter sen
tiamus. Qui cum. Lectio. Ego enim
accepi. Ke i corpus domini in epla. Co
rinthiis. et iterum. non diiudicans
corpus domini. Gradualis omnium in te spe
rant domine et tu das illis escam in tempore
opportuno. V. Aperis tu manum tuam
et impleis omne animal benedictione.
Alla. V. Caro mea vere est cibus et
sanguis meus vere est potus qui man
ducat meam carnem et bibit meum san
guinem in me manet et ego in eo.

Laudes lyon saluator. Sequentia.
Sion laudes duce et pastore in
ymnis et canticis. Quantum po
tes tantum gaude qa maior omni laude
nec laudare sufficis. Laudis thema
spiritalis panis viuus et vitalis
hodie proponitur. Quem in sacra mensa
cene turbe fratrum duodecim datum non
ambigitur. Sit laus plena sit sonora
sit iocunda sit decora mentis iubi
lacio. Dies enim sollemnis agitur in
qua mensae prima recolitur huius in
stitutio. In hac mensa noui regis
nouum pascha nouae legis phase vetus
terminat. Vetustatem nouitas um
bram fugat veritas noctem lux illumi
nat. Quod agnus hesterni gestit fac
dum hoc expressit in sui memoriam.
Dona sacris institutis parcis hostiam
in salutis consecramus hostiam. Dog
ma datur christianis quod in carnem transit
panis et vinum in sanguinem. Quod
non capis quod non vides animosa firmat
fides praeter rerum ordinem. Sub di
uersis speciebus signis tantum et non rebus
latent res eximie. Caro cibus san
guis potus manet tamen christus tot
sub utraque specie. Alumentur non con
cisus non comfractus nec diuisus in
teger accipitur. Sumit unus sumit
mille quantum isti tantum ille nec sumptus
consumitur. Sumunt boni sumunt
mali sorte tamen inaequali vite et
interitus. Mors est malis vita bo
nis vide paris sumptionis quam sit
dispar exitus. Fracto demum sacra
mento ne timeas sed memento tan
tum esse sub fragmento quantum toto tegitur.
Nulla rei fit scissura signum tantum fit
fractura qua nec status nec statura
signati minuitur. Ecce panis angeli
orum factus cibus viatorum vere panis
filiorum non mittendus canibus. In
figuris praesignatur cum ysaac immo
latur agnus paschae deputatur datur
manna patribus. Bone pastor
panis vere iesu nostri miserere tu nos
pasce nos tuere ~~tu nos pasce nos tuere~~
tu nos bona fac videre in terra viuen
tium. Tu qui cuncta scis et vales qui
nos pascis hic mortales tu nos ibi
commensales cohaeredes et sodales fac
sanctorum ciuium. Sequentia. Iohan.
Illo t. Dixit iudeis discipulis
suis et turbis iudeorum. Caro mea
vere est cibus et sanguis meus
vere est potus. Qui manducat
meam carnem et bibit meum sangui
nem in me manet et ego in eo.

108